



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini
Nostri Iesv Christi Passione**

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

De vulneribus ventris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49474)

AT.
S. Iob di-
nulnere
nis dila-
s conde-
t me vul-
plagan-
em Chri-
in parti-
robè in-
Misfrin-
t, sagit-
Christia-
issimum
n ex hac
linem &
sa etiam
care vo-
offa qu
n erian
optera
x quie-
arte:
: tum
torum
um au-

D1

CONSIDERATIO III. 295

De vulneribus ventris Christi.

Primò considera, in hac corporis parte,
quoniā carnis est tenerrimæ, & visce-
ribus coniunctior Christum sensisse maxi-
mos dolores ex plagis & percusionibus,
vti Ieremias prædictis his verbis. *Vide Do- Thren. 2.*
mine quoniā tribulor, cōturbat⁹ est vēter mens.

Secundò expende tecum, ventris plagas
fuisse innumerabiles, licet cæteris minu-
tiores, quia propter cōsentium, quo venter
percussionibus cedebat, & quasi consentie-
bat, magnum aliquod vulnus, infligi non
poterat: quod tamen acerbiorum dolorū
Christo causa fuit: quia dum venter ceden-
do cōsentiret, quodammodo ad viscera se
restringebat, cōmunicans illis percussionū
vīm & atrocitatē: vnde siebat, vt Christus
intrinsecus & extrinsecus dolores grauis-
simos experiretur.

Tertiò reuelue tecū de hoc dolore interio-
rū Christi viscerū, à durissimis verberibus
& percussionibus proueniēte, intelligi pos-
se illud S. Iob. *Interiora mea effuberūt abs.* *Iob. 30.*
que vlla requie: Et illud Ieremiæ Prophetæ.
Viscera mea conturbata sunt.

Quartò considera, dolorem hunc acutissi-
mum & penetrantem interiora Christi, fi-
guratum fuisse in Agno Paschali, quem flagellati.
DE V S, cum intestinis manducari præce-
pit: vt ostēderet Iudeos veri & immaculati

Agni

1.
*Vulnera ven-
tris Christi*

2.

3.

Thren. 2.

4.

*Figura ven-
tris Christi*

296 DE CORP. DOL. SALVAT.

Agni Christi I E S V , interiora , inaudita
cum rabie deuoraturos esse , consumendo
& destruendo illa immanissimorum ver-
berum & flagellorum iictibus conduplica-
tis , in ventre , qui magnam & doloro-
sam quandam correspondentiam habebat
cum visceribus .

De vulneribus pectoris Christi,

1.
*Vulnera pe-
ctoris Chri-
sti.*

Primò cōsidera , pectus Christi sanctissi-
mum illud esse , in quo velut in sacro
quodam armario , omnis boni nostri , in-
clusa est tota plenitudo diuinitatis corpo-
poraliter vti S. Paulus ait : *In ipso inuidat
plenitudo diuinitatis corporaliter :* super quo
S. Ioannes Euangelista , semel in nouissima
cœna recubuisset , sublimem illam rerum
diuinarum scientiam inde hausit .

Colloq. 2.

Ioan. 20.

*In caput
Matib. 26.*

3.
*Figura pe-
ctoris Chri-
sti saucij &
laceris.*

Secundò contemplare cum S. Hierony-
mo , sacrum hoc Christi pectus , percussum ,
flagellatum , saucium , sanguine & minu-
tissimis vulneribus refertum : ex quo satis
patet furor & immanitas percusorum .
*Traditus est I E S V S , inquit ille , ministris ver-
berandus , & illud sacratissimum corpus , pectu-
que Dei capax , flagella secuerunt .*

Tertiò expende tecum , pectus hoc lacerū
Christi Seruatoris expressè figuratum fu-
isse in Rationali , quod Aaron sacrificans
supra pectus gestabat : quodq; Deus fieri
iussit